

S. I V.

Inconstantia malitia, & damna.

R. Effertur cibus de via, quam ascendisti etc. Ex. 32. & videtur per pulvis, quod moram faceret etc.

Stulte egisti - quod si non fecisses, iam nunc preparasset Dominus regnum tuum in sempiternum etc.

si percussisset quinque etc. Reg. 13. 19. Rex Joas Elifasi iussu fugitavit etc.

In Scriptura finis, & victoria, sepe recurrit. Pater ex psalmis 4. 5. 6. 8. etc. qui inscribuntur, in finem; seu ex Hebr.

Dauid habentes contra templum Domini. Ezech. 8. 16. En tibi malorum omnium pessimum: nempe terga Deo obvertere, & inceptam pietatis viam deserere.

TITULUS VII.

INFANTIA.

S. I.

Omina, & praeſagia, bona.

Ol in aspellu. Eccli. 42. 2. S. Columbanus Mater, ex eo gravida, in somnis vidit, e sine suo rutilantem solem, nimioque fulgore nitentem procedere; & Mundo ingens lumen praebere.

Afella ante Nativitatem suam patri per somnium in vitrea phiala monstrata fuit. Ut refert S. Hieron. ep. 15. ad Marcellam de laudib. Afelle.

S. Gregorius Nyss. de infante Moysse: natura quadam infra mammillam omnino fastidiens (Egyptiae) consilio propinquarum a propria nutritri parente.

Sol. Lem. Diem praefignat ab oris. Picinelli.

S. Aufrebeta V. parvula adhuc; cum vultum suum more infantium in aquis contemplaretur; repente apparuit ei yelamen quoddam capiti eius impositum. Ex illo die veli facti ardebat desiderio. Bolland. 10. Febr.

S. Vincentii Ferrerii mater illo gravida, ex utero suo sepe sibi audire videbatur tamquam canis latrans sonos. Confulti de ea re ab illa viri docti responderunt: quod paritura esset infantem, qui esset futurus Evangelii ferventissimus praedicator. Bolland. 5. Febr.

Quidam vir sanctus ante nativitatem de S. Fehini Abb. Hiberni; triginta annis ante vidit magnam, & candidam, avem: & alias plurimas eam sequentes ejusque civitatem, in qua postea natus: praefigurans S. Fehinum ejusque innocentiam; ista vero multitudinem Monachorum voluntati Patris per omnia obediendum. Bolland. 20. Jan.

S. Sophia, sive Cadocus, Ep. Beneventanus, & M. S. Gundici Regis Vvalliae australis filius, tempore quo natus est, cellaria lacte & melle plena inventa sunt. Bolland. 24. Jan.

In Conceptione S. Aidani Ep. in Hibernia vidit Pater in somno stellam cadentem desuper in os uxoris; & ipsa uxor lumane cadentem in os suum: ideo a multis filius, stella appellatus. Boll. 31. Jan.

S. Ephrem parentes, eo adhuc puero, viderunt ex ore ejus vitam ascendere frugiferam, quae exercebat, & replerat

omnem sub caelo regionem; Veniebantque cuncta volucribus caeli, & comedeant de fructu vitis. Id. 1. Febr.

S. Fulcrani Ep. in Gallia mater Biligardis gravida illo vidit in somnis, quod arborem frondosam pomis refertam loco filii peperisset; sub cuius umbra multos homines quiescere, ac refici: multumque gaudere cernebat. Referenti in sancto viro cuidam, explicat is, talem filium parituram, quid magnum in Ecclesia locum teneret. Id. 13. Febr.

S. Alexander Ep. Alexandrinus videt S. Athanasium pueri iussu Episcopum pueros baptizantem. Id. 26. Febr.

S. Catharina Bonon. nullum nata vagitum, si ut infans solent, edidit; neque per totum triduum, vel lactis aliquid, vel ullius nutrimenti, gustavit, in auferentis futura indicium. Idem 7. Martii.

S. Codratus M. Medicus matrem adhuc infans amittit, & maternis uberibus caruit; sed divinitus nubes cum complexa alimentum suppeditavit. Vestis, qua parvulum parentes induerant, cum eo crevit semper integra. Id. 10. Martii.

V. Anachoreta Nicolaus de Rupe in Helvetia, vidit, ut ipse testatus est, in utero materno fuis luminibus pulcherrime distinctum coelum; & vidit inter caetera unum angustius, cuius radii per totum orbem diffundebantur. Vidit in eodem utero rupem augustam, cuius apex ad coelum usque se erigebat. Vidit denique ibidem sacrum oleum, quo extremum unguimur. Lux puritatem, rupes fortitudinem, oleum, quod extremae lucis reservatur, boni principii, propositique, perpetuitatem. Id. 22. Martii.

S. Idorus Ep. Hispal. cum esset infans, & a nutrice ad hortum duceretur, anus capta oblatione eum inter olera dimittens fecerit. Post aliquot dies ingens pater solarium ascendit, viditque innumeratas apes super puerum descendere, atque inde ad caelos evolare. Qui supens domesticos advocat; & vidit, alias in os pueri intrantes, & exentes; alias super faciem mellificantes. Patre cum lacrymis filium amplectente, apes in altum evolarunt, ut cerni non possent. Id. 24. April.

Mater S. Hugonis Abb. Clun. cum e partu laboraret, Religiosus quidam, probusque Sacerdos sacrificavit pro ea. Dein celebranti velut pueri pulcherrimi species apparuit in calice. Relata matri viso, Sacerdotis auctoritate hanc promeruit: ideo dignum esse, ut ministerio diceretur calicis, qui promissus in calice videbatur. Id. 29. April.

S. II.

Infantes ab Herode occisi.

Quid igitur opus est, ut explore ortus signorum, atque obitus; quorum ad exortum duris inarata vomeribus fundantur novalia, vel ad occasum lata messis recumbat? Una mihi stella abundat pro omnibus; stella splendida, & maritima; cuius ad exortum seminata est, non frugum, sed Martyrum, seges: quando Rachel ploravit filios suos, ut lacrymis ablutos suis pro Christo offerret infantes. S. Ambrosius ep. 39.

Quam beata aetas! quae necdum Christum potest loqui, & jam pro Christo meretur occidi. Nondum opportuna vulnera, & jam idonea passiones. Nondum infantie ingressi cunas, & jam perveniunt ad coronas. S. August. l. 2. de Innoc.

Transmittit infantes infans Christus ad caelum, nova xenia Patri; primitias fructuum exhibet. Genitori. Ostendit futuram fecundissimam messem; dum in femine tantam exhibet ubertatem. S. Chrysost. hom. 3. in Matth.

Natus Rex, & caelestis Rex, quae neglexit milites innocentiae suae, coetaneum sibi quare contempnit exercitum? quare incumabulis suis deputatas excubias sic reliquit, ut, Regem solum quaerit hostis, totum grassaretur in militem? &c. Praemisit Christus suos milites; & recepit fides actus, non reliquit. S. Chrysost. ser. 152.

Si infans, tam tenelli, tam innocui, pro Christo tanta mala sunt passi; quid fenes inveterati, peccatis omnibus pleni, facere debent amore Christi? S. Bonav. l. 21. de Innoc.

Solent in processibus publicis pueri praecedere ramis, & floribus redimiti. Oforius in die SS. Innoc.

TITULUS VIII. INFERNUS.

S. I.

Figurae, & Similitudines.

Dominus pluit super Sodomam, & Gomorrah, sulphur, & ignem. Gen. 19. 24. Cur igne, non aqua, ut ante, punit? Salvian. l. 1. de gubern. Dei: dum cum iudicio malos perdidit Dominus, iam ad instar futuri iudicii iudicavit. Cum enim

enim ad supplicium malorum gehennam in futurum arsuram maniffestum sit, Sodomam, & vicinas ejus urbes caelesti flamma consumpsit. In praesenti autem, illud, quod futurum est, Deus voluit declarare iudicium, quando super impium populum gehennam misit e caelo.

Aegyptii per omnes fere creaturas puniti sunt, scilicet per terram, aquam, aerem, ignem; per mixta, grandinem, & sanguinem; per animalia, ranas, mulcas, sciniphes, locustas; per solem, & astra, cum se subducendo tenebras induerunt; per homines, Moysen, & Aaron; per Angelos, & Deum. II. In omnibus penes bonis puniti sunt; scilicet in fructibus agri, in animalibus, in primogenitis; in auro, & argenteo; in corporibus per ulcera. III. In omnibus sensibus puniti sunt: in visu per tenebras, & spectra; in auditu per tonitrua; in gustu per sitim, & potum, sanguinis; in odoratu per foetorem ranarum, in tactu per dolorem ulcerum; & morsum sciniphum denique in phantasia, & mente, per continuum moerorem, & multiplices terrores. Haec plaga fuerunt typus, & praesidium, poenarum gehennae. Corn. in c. 7. Ex. v. 1.

Maleficus eris in civitate etc. Deut. 28. 16. Mala haec, typus poenarum gehennae. Corn. hic.

Terram miseriam, & tenebrarum. Job. 10. 22. vocatur Infernus. Apud mortales quid fuit miseriam, & tenebrae; sed tamquam in aliena regione, & adverso fidere, nata: sed apud inferos tanquam debita sibi temperie perfruuntur. De Pinna in Eccl. Eth. 8.

Non est sanitas in carne mea a facie ira tua. Pl. 37. 4. Id est: dum perpendo immensum illud malorum barathrum, in quod damnati detruuntur; mente angor, & discrucior. Sed unde illa feralem poenam imago memoriae tua obrepit? Non est pax offibus meis a facie peccatorum meorum; id est, ex malitia peccatorum, quae commisit, in mentem venit poenarum illarum immanitas: foeditas enim peccatorum, & oculus, quo conscientiam cruciant, apprimere referunt inferarum poenarum imaginem. Idem Eth. 86.

Gladius devorabit vos. Il. 1. 20. Gladius est ignis gehennae, cuius efca sunt, qui perperant mala. Hinc ait, gladius devorabit vos: alioqui dixisset, gladius fecabit vos: devorare enim est ignis, non gladius. S. Justini or. ad Anton. Pium.

Pone ollam. Ezech. 24. 3. Olla haec ad vivum representat tartarum, & ollam Vulcaniam inferi. Est enim tartarus olla rubiginosa; carnibus, id est, carnalibus hominibus plena, perpetuis flammis imposita. Cornelius hic.

Cur fucillus in flagella assumptus? quia hi representabant laqueos illos aeternos, quibus peccator mittitur in tenebras exteriores. S. Aug. tr. 10. in Joan. Fecit flagellum de reticulis; & ad hoc admonet eos, ut mutent se; & ne sint negotiatores: nam si fe non mutaverint, audient in fine: ligate illis manus & pedes, & projicite in tenebras exteriores. Baeza t. 2. l. 9. c. 2. S. 18.

Qui vocerit, non laedetur a morte secunda. Apoc. 2. 11. Mors prima separatio est aeternae a Deo pro peccato mortale: mors vero secunda, id est, recessus Dei ab anima pro aeternum supplicium. S. Bernardus l. 11. tom. 2.

Eco misam eum in lectum. Apoc. 2. 22. id est, in infernum, ait Rupertus, Beda, Rich. 25. Vicit.

Ipse vita praesentis perpicua inordinatio futurae animadversionis in malos, apertum, & evidens, argumentum est. S. Thom. Vill. D. 1. Adv. Conc. 1.

Sicuti civitatum portae proprium quoque nomen habent; eodem modo portae inferorum nominari possunt, juxta species peccatorum. Orig. tr. 1. in Matth.

Multe ex his insule procul emittunt ignem: flammam autem evomunt tanto fragore, quanto nulla tormenta enea, quamvis magna, edere solent. Hujus ignis vi, ac impetu, ingentia sepe saxa jaclantur. Voluit Deus videlicet iis, quos nemo de poenis inferorum admonebat, quasi inferorum sedem aperire, speciemque praebere quamdam illius incendi, in quo fuit caelesti homines perpetuo cruciandi. S. Xaverius l. 2. ep. 3. Societati Romae ex Ambroino.

S. II.

Inferni poenae in genere, quam horrendae.

Ex Veteri, & Novo, Patribus, & aliis.

Sagitta Domini in me sunt, quarum indignatio obicit spiritum meum; & errores Domini militavit contra me. Job 6. 4. Duplicium malorum meminit. I. Quae jam petebatur: quia sagitta etc. q. d. multis malis impetivit me Dominus, & velut sagittis me vulneravit; scilicet amissione bonorum omnium, orbitate florum, morbis corporis. Aliorum vero malorum, errores Domini; id est, alia mala sunt, quae nondum expertus sum: illa timeo, quae multo his graviora sunt. Pinna Eth. 187.

Miserentini mei, - quia manus Domini tetigit me. Job 19. 21. O quam graves manus habet Deus! adeo ut Job omnes afflictiones suas divinae manus tactum appellet. Si divitiarum amissionem, R. P. Spanner Poly. Tom. 1.

florum mortem, uxoris persecutionem, corporis plagas, divinae manustatum solam appellat; quid fuisset, si verberasset? Diez D. 1. Adv. Conc. 3.

Natus non inferi furorem suum, nec ulciferi scelus valde. Job 35. 15. Non dicit, Deum in hac vita non inferre poenam; sed non inferre furorem, seu acerbissimam poenam; neque dicit absolute, non ulciferi; sed non ulciferi valde: ut referret ultio in futuram vitam reservetur, Apoc. 15. 1. in illis consummata est ira Dei. Mendoza in 1. Reg. 5. v. 6.

Fax ejus non est exinanita. Psal. 74. 9. Mala, quae Deus immitit tam hic, quam in futuro, potius nomine indicantur. Sicut in potu, quod crassum est, & feculentum, in futuro crateris residet; tenue, & subtile, in subtile fertur: sic mala in hoc Saeculo sunt quid subtiles sepe ebibenda in futuro. Idem Ethol. 189.

Tunc semper, sicut, patiens fui. Il. 42. 14. Quid hoc supreme Judex? semper tacuisti, cuius tantum frequentes mina per Prophetas? semper patiens? unde diluvium, ignes Sodome, Aegypti plaga? &c. quia omnes haec mina, & poenae, & sic in aeterna damnatorum poena conferantur; non verba, sed silentia; non tormenta, sed blandimenta, repudianda. Ideo ait, sicut patiens fui: quoad in eos non fulminavit damnationis sententiam. Sylveira in Apoc. 4. v. 5.

Intellecto somno Nabuchodonosor, Dan. 4. 16. quod ex hominibus ejiendus esset, adeo cohortuit, ut per horam attolitus, & elinguis effectus ne unum quidem verbum reddere potuerit. Quanto autem gravius est, inter demones, quam inter feras, vitam agere? quanto atrocius flammis ultricibus cruciari, quam tunc caeli tingi? quanto acerbius in omni aeternitate, quam septem annorum spatio, torqueri? Diez D. 19. Pent.

Omnis arbor, quae non facit fructum hominum etc. Matth. 7. 19. Sicut in verbo excidetur poena damni, significatur exterminatio a Deo, & ab ejus gloria, & sic in ista sequenti verbo in ignem mittetur, poena sensus exprimitur. Videtur ergo quisque, quam fructum tulit hactenus, quem in praesenti ferat; ut agnoscat, an inter arbores electas, an inter reprobas, & excisioni obnoxias, numerandus. Examine usque ad radicem, usque ad cor examinet corticem, exteriorem conversationem, fructus bonorum, & interiorum operum etc. Marchantius D. 6. Pent.

Quid tam poenale, quam semper velle, quod nunquam erit; & semper nolle, quod nunquam non erit; in aeternum non obtinebit, quod vult; & quod non vult, in aeternum nihilominus sustinebit. S. Bern. lib. 5. Confid. ad Eugenium. cap. 12.

O vere necessariam gehennae poenam, vere decoram Inferni pyram, quae Creatoris sui iniurias vindicet, & inordinata per culpam reordinat per poenam. O vere pulcherram creaturam, Mundoque utilissimam post reatum: quae si post culpam deesset defectuosus, & imperfectus mundus maneret. S. Thom. Vill. Conc. 4. D. 1. Adv.

S. III.

Inferni poenae in particulari.

Prima

Pena Hammi.

Observo, ut videam faciem Regis, quod si memero est iniquitatis mea; interficiat me. 2. Reg. 14. 34. Tam dolebat prius privatus, aspectu, ut mori mallet, & peccator! quid erit audire: adhaerere a me etc. Matth. 25. 41.

Ibi eris sicutus. Matth. 22. 13. Solis tenebris tradit hominem; & ex his solis provenit stertus, & stridor dentium. Cur non etiam referantur alia supplicia? ignis, sulphur, &c. Tam durum tormentum tenebrae; & carentia visionis beatificae; ut alia omnia tormenta, tamquam parva, & nulla, reputentur; & hoc sufficit ad aeternum fletum extorquendum. Sylv. in Apoc. 1. vers. 7.

Nescio vos. Matth. 25. 12. Fatuae oleo carentes non traduntur vinculis; sicut ille Matth. 22. 13. ligatus manibus, & pedibus etc. an quia somnata texus imbecillitas descendit? Imo non minor; quam ligatus, passus de repulsa, tormenta. Rogaverunt enim virgines prudentes: date nobis de oleo vestro etc. v. 8. O quam durum fuit illud: ire ad vendentes. v. 9. Patitur ergo e convivio cjeetus catenam, si non est passuspeccationis repulsam; & quae eam passus, non sustinent poenam: est enim ingentis petere tormentum. Ne audiat ille exclusus nescio vos, os sigillavit silentio, fatuus duces vincula pati; quam ignominiosae repelli. Virgines loco vinculorum patiuntur repulsam; & illo verbo nescio vos ingentem contumeliam. Sancti Chryostomus hom. 79. Abite, nescio vos, gehenna istud verbum gravius est. Naxera in Jos. 15. S. 25.

Oculus est eum. Luc. 15. 20. Cur pater non interrogat de substantia perditam? nec insidit flagella, sed oscula? S. Chryost. hom. 10. de poenit. si poenas eum dare oportuit, satis poenarum, quod in alie

in aliena veritate est, dedit. Numquam penam luit fame carentia conspectus Jesu. Sylveira hic.

In propria venit, & sui eum non receperunt: quotquot autem receperunt, &c. Joan. 1. 11. Non meminit penæ non recipientium, sicut promittit recipientium; quia nulla gravior pena; quam quod ad domum Dei non pertineat, & ab eo longissime distent. Sylveira addit in Matth. 20.

Non rogo, ut tollas eos de Mundo, sed ut servas eos à malo. Joan. 17. 15. Cajet. hic: non dicit, ut servas eos à tribulationibus, ab odiis, à persecutionibus; sed à malo; hoc est: ut servas eos, nè aliquid proveniat eis in malum, quod est æternæ separationis à Deo. Did. Nyff. Vita Abr. l. 2. c. 9.

Novi, quia plurimi pertimescunt gehennam: ego tamen illius gloriæ amissionem multo amariùs, quam ipsius gehennæ, ab odiis, à persecutionibus; sed à malo; hoc est: ut servas eos, nè aliquid proveniat eis in malum, quod est æternæ separationis à Deo. Did. Nyff. Vita Abr. l. 2. c. 9.

Novi, quia plurimi pertimescunt gehennam: ego tamen illius gloriæ amissionem multo amariùs, quam ipsius gehennæ, ab odiis, à persecutionibus; sed à malo; hoc est: ut servas eos, nè aliquid proveniat eis in malum, quod est æternæ separationis à Deo. Did. Nyff. Vita Abr. l. 2. c. 9.

Novi, quia plurimi pertimescunt gehennam: ego tamen illius gloriæ amissionem multo amariùs, quam ipsius gehennæ, ab odiis, à persecutionibus; sed à malo; hoc est: ut servas eos, nè aliquid proveniat eis in malum, quod est æternæ separationis à Deo. Did. Nyff. Vita Abr. l. 2. c. 9.

Secunda.

Pæna sensus.

Tenebra. Si Ægyptii tenebra. Exod. 10. 22. horribiles fuerunt longe Inferni erunt horribiliores. Ille, nequebent, nec deficientes, Inse contigerunt; in Inferno nullus erit, nec redibit sol; sed nox sempiterna. In Ægyptiis nemo vidit fratrem suum. Ibid. v. 23; In Inferno omne perpetua omne frater oculis excludet; quidquid triste, horrendum, est, solum videbitur. In Ægyptiis tenebris nulla lux poterat solatio esse, nullum accentum lumen durare: in Inferno nulla erit divina inspiratio; nullum à fide divina, nullum ab angelo, nullum ab homine, lumen. Illa ultra triduum non duraverunt: in Inferno æternæ. Respuunt hic homines sepe, pulchram aliqui domum, cò solum nomine, quod parum luminis habet: dicitur hinc fugere terram miseris, & tenebrarum. Job 10. 22. Stengelius t. 2. Judic. divin. cap. 5.

Ignis.

Vindicta carnis impietatis. Eccl. 7. 19. Si quisque: cur DEUS damnatus erit igne potius, quam alio supplicio? Respon. I. Quia peccatignis optime congruit igni concupiscentie, quo arserunt, & cui indulserunt in hac vita peccatores. II. Quia ignis æternus est, & maximam habet æternitatis, & affligendi vim in corpore; & per corpora in animas ea informantes. Rursus magna est analogia, & vicinitas, animæ cum igne: inter elementa enim, & corpora, maxime spiritualis est ignis; unde ad animam proximè accedit. III. Apposite superbia spirituum, & hominum, punitur igne: ignis enim natura sua postulat esse in fumo orbis loco. IV. Ignis gehennæ cum sit incorruptibilis, aptum est instrumentum punitionis damnatorum, utpote quæ æterna est. V. Ignis optime exprimit ardorem divini furoris in damnatis. Cornelius hic.

In ignem mittet, & ardet. Joan. 15. 6. Toletus hic: unico verbo ardet, duo exprimitur. Unum est vehementia ignis huius. Ut enim palmas, postquam aruit, igni missus, citissime ardet; ut non tam verè dixit ardebit, quam ardet. Ità mali immitti ardent: tanta enim est vehementia ignis illius; ut sine mora ardeat. Nam solent ignis lentus calefacere ligna priùs, quam inflammare, ut ardeant; sicut sicca ardere statim solent. Hæc vehementia significatur verbo præsentis. Alterum est duratio: ardet sine fine; non ad tempus, sed in æternum. Sylveira addit. in Joan.

Vermes.

Vindicta carnis impietatis. Eccl. 7. 19. Bene vermis apponitur: vermes enim, ut Plinius lib. 11. c. 32. in ligno nascuntur, ubiqueque humor est nimius; & lignum corrodunt. Octavius hic.

Ubi vermis eorum non moritur, & ignis non exstinguitur. Marci 9. 47. Sanctus Anselmus lib. Similit. c. 52. docet: Beatum, si velit, posse terram loco suo movere; damnatum autem nec vermes ab oculis.

Alia pæna.

Mitte Lazarum &c. Luc. 16. 24. Ab eo petebat aquæ guttam, cui dare volebat panis micam. Et postulat modicum aquæ ad extinctionem arboris lingue; cui non sufficit: et accipere totum mare. S. Bonav. l. 8. 1. de tempore.

Habebit quinque fratres &c. Luc. 16. 28. Nolebat dives damnatus,

ut fratres ejus ad infernum venirent; nè de eorum Societate magis cruciaretur. Hugo Card. in Pl. 48.

Mitte Lazarum &c. Ibid. Nè unius quidem guttæ erat Dominus, quam luminis precibus ambebat. Nec est omnino inter nos quisquam, qui tanta egellate teneatur: quantumlibet enim aliqui nimia tabefiant fame; aqua tamen non gutta, sed & copia, æqualiter perfruunt. Sanct. Chryostom. homil. 9. in Matth.

Pars illorum erit in stagno ardenti igne, & sulphure. Apoc. 2. 18. In stagno ait, quod immobiles, & fortitas alit aquas: non decreverit, non emittitur, non ficitur: post mille annos hoc stagnum sibi simillimum erit. De cadaveribus eorum ascendit sator. II. 34. 3. Sanct. Bonaventura aude dicit: Si vel unius damnati cadaver in orbe hoc nostro sit; orbem totum ab eo inficiendum. Vide 2. Machab. 9. vers. 10. 11. 12. Drexelius de Inferno c. 5. §. 1.

Nulla in Inferno vox, nisi vae! vae! vae!

Stridor dentium prodit indignantis affectum: eo quod serò unumquemque poeniteat, serò ingemiscat; serò irascatur sibi, quod tam perniciosa improbitate deliquerit. S. Ambros. apud Escobar. t. 5. Proph. Chr. Obf. 4. sect. 2.

Superbi conculantur à diabolis: & quanto voluerunt esse superalios, tanto in Inferno sunt sub pedibus demonum. Avari potantur de caldariis plenis auro, & argento liquefacto. Luxuriosi ponantur in veru, nec possunt mori. Gulosi esuriunt, & ficiunt. Iracundi suspenduntur in furca ferrea, supposito igne. Accediosi semper verberantur à demonibus sine quiete. S. Vinc. Ferr. D. 17. Trin. f. 2.

Tertia.

Pæna animi.

Adhuc carnes erant in dentibus eorum. Num. 11. 33. Samson à sinu dilectæ ad molam subito translatus est. Judic. 16. 21.

1. Præteritarum deliciarum memoria. Filiis tuis, & filibus vescentibus. Job 1. 18. hoc nuntio dæmon cupiebat Jobum valde affligere. Origenes lib. 1. in Job erat nequissimi diaboli versutia, ut horam prædium observaret; ut, prædante illo, tristes, ac mortiferos nuntios ad eum mitteret; quò magis figuraret, ac interiret: ut tempore comestionis, & potus, atque jucunditatis, tristes nuntios mittendo deliquit illum justum faceret.

2. Fletus, & stridor. Ubi erit fletus, & stridor dentium. Matth. 8. 12. Fletus erit, quod non flevit: stridor, id est, indignatio contra seipsum; quia apud vivos sibi, & peccatis suis, non fuerint irati. Pinna Eth. 235. Fletus torquet pro amissis; stridor dentium cruciat pro commissis. Pro bonis æternis perditis fletus æternus erit; pro inficitis æternè inevitabiliter poenis dentium erit stridor continuus. Fletus ibi, qui non flevit hic: stridit ibi, qui hic ad Deum corde valido non clamavit. Fletus ibi oculus, qui hic fecutus esse concupiscentiam oculo: stridit ibi dentibus, qui sibi prohibita, velut mandens dentibus, incorporavit. Simon Casl. lib. 6. cap. 21. Stridor dentium prodit indignantis affectum: eo quod serò unumquemque poeniteat; serò ingemiscat, serò irascatur sibi, quòd tam perniciosa improbitate deliquerit. Sanctus Ambros. hic. Ecce unde ostendat summum dolorem damnatorum, scilicet ex stridore dentium, hoc est, ex furiosa ira. Bæza t. 2. lib. 12. cap. 3. Quid enim stridor, nisi ira, furores, nequitie, & malignitatis indicium; siquidem 2 ut ego arbitror, nullum erit tormentorum gravius malis, quam malitia cordis, & iniquitas ipsa perverissima voluntatis. Nimirum, sicut passiones omnes patientia sublevar; sic impatientia, quamlibet leves, aggravat. Ibi ergo erit fletus, & stridor dentium; ex rancore. Galfridus in allegor. Tilman.

Sicut in diebus Noe. Matth. 24. 37. Durissimum peccatorum malum est, quòd de deliciis ad miseria transcant. Prædentibus, bibentibus, & nudentibus, hominibus, repentibus adveniet dies vindictæ: ut eorum dolor inde crearet; quòd à vitæ floribus mox transferantur ad sulphureos ignes. Bæza t. 3. c. lib. 13. c. 2.

Fili, recordare. Luc. 16. 25. Auger afflictionem. Hoc est, quod maxime cruciat damnatos, scilicet præteritarum deliciarum recordatio, quas malient non habuisse. Unde Boetius: infelicissimum genus infortunii est, fuisse felicem. Pinna Eth. 235.

Varii cruciatus animi.

Ex Veteri, & Novo.

Accedat ad eum, & illuminamini, & facies vestrae non confundentur. Psalm. 33. 6. S. Basilus hic: qui malè fecerunt, in probrum, & confusionem, resurgunt: in seipsis turpitudinem, & formas eorum, qui peccaverunt, conspicientes impressas. Erit certe confusio hujusmodi impressio istis tanto plus horrore, quam ipsæ tenebræ, aut ignis æternus: quòd in ea perpetuò vituri

Etur sint peccatores semper ob oculos versantes vestigia illa peccatorum carne admisti.

Illos autem Dominus irridabit. Sap. 4. 18. Dominus subfannabit eos. Pl. 2. 4. Quis & ego plaudam manu ad manum, & implebo indignationem meam. Ezech. 21. 17. Sicut autè latatus est Dominus super vos, bene vobis faciens, vosque multiplicans; sic latabitur, disperseris vos, atque subvertens. Deut. 28. 63.

Ergo erravimus! Sap. 5. 6. Non posset ullum hominis os, metum illum, terroremque, declarare. Nulla hominis labia satis magnam vim habent, ad dicendum illorum statum, atque ploratum. Gemunt continenter, & sine intermissione; sed nullus est, qui misereatur. Vociferantur ex profundo; sed nullus est, qui exaudiat. Lamentantur; sed nullus est, qui liberet. Exclamant, & plangunt; sed nullus est, qui commoveatur. S. Cyrillus or. de exitu animi, & secundo adventu.

Ubi vermis eorum non moritur. Marci 9. 43. Vermen dicit feram scelerum poenitentiam; quæ nunquam in tormentis conscientiam afflictorum mordere cessabit. V. Beda hic.

Eplabatur quisque splendat. Luc. 16. 19. Ipsæ cœnæ, venationes, mulce, conœdiæ, in tædio sunt, si nimium producantur. Quid in gehenna æternum, sine spe, sine solatio, semper ardere? O præteritum, quod non redis! præsens, quod adde me crucias! futurum, quod nunquam deficiat! Qui tanta aginus, paritur, ut brevi febricula liberemur; nè hilum impendamus, ut miseria æternas evadamus? Juglaris Quadr. conc. 14.

Miserere mei! Luc. 16. 24. Cùm damnati in vitis sint obstinati, nec unquam poeniteant, quomodo sibi petunt, cupiunt, misereri? Dicendum: quòd de peccatis suis non poeniteant, in quantum sunt Dei offensiva, turpia, & injusta; sed ut sunt eis causa tanti supplicii. Sed & dives iste petiit sibi misericordiam, quantum ad poenæ mitigationem; non quoad culpæ ablationem. Dion. Carthus. hic. Est grave illis malum, est illis incendium non ferendum; quos aliquando habuere contemptui, videre felices. S. Chrysol. l. 12. 2. Vident damnati Beatos, iuxta Theologos; sed ex hoc eorum poena augmentatur: sicut famelicus videns mensam, quam non potest accedere. S. Vinc. Ferr. l. 5. post Reminiscere.

Mitte Lazarum, ut intingat extremum digiti sui in aquam. Luc. 16. 24. Ut intingat in aquam, & non deferat aquam, quam petis: ergo iuxta te est aqua. Et si iuxta te est aqua, quare de proximo non sumis? quare? quia vincit sunt manus tue. S. Chrysol. 122.

Arescentibus hominibus præ timore. Luc. 21. 26. Non putes parvam esse penam impiorum, timorem hunc. Imò, licet ignis deesse; vel hic solus timor impios vehementissime vexaret. Bæza t. 3. l. 13. c. 1. §. 10.

In gehenna penitus nulla consolatio; sed perpetuum vae, ululatus, fletus, & stridor dentium. S. Bernardus l. 12. de divers.

O quid valebit plorare? ubi nullus Sacerdos potest absolvere; & tamen tantum plorabit, & non sint in mari tot guttæ aquæ, quot ab oculis uniuscujusque sunt exituræ. S. Bonav. l. 87.

Coram Deo ad suas quisque labeis sic erubescet; ut, quamvis ponderet cœli ostium, & illius ad ingressum invitaretur; suas tamen ipse maculas perhorrescat recusat ingredi, dum omnes expulset. Drexelius de Inferno c. 7.

Quarta.

Desperatio sine spe veniæ, solatii &c.

Ex Veteri.

Impii in tenebris conticescent. 1. Reg. 2. 9. Quia non habebunt quidquam excusationis, quod luce, & gehenna obtendant: quia convincentur, & convicti silebunt. Hinc gehenna vocatur Hebr. Æuma, id est, silentium, & locus silentii. Corn. hic.

Et ululavit omnis civitas. 1. Reg. 4. 13. hoc est, inconditis clamoribus, & misera comploratione, est lamentata: non solum, quòd suas quisque res amitteret, filios, conjuges, parentes, cognatos; fed etiam, quòd nihil humani, nihil divini auxilii, ad quod confugerent, superesset. Applicata lamentis damnatorum, quibus nulla spes. Mendoza hic.

Non revertetur oculus meus, ut videat bona. Job 7. 7. S. Greg. mor. l. 8. c. 12. Ad videndum bona extincti oculus non revertitur; quia ad exhibenda recta opera carne exuta anima non recurrit. Hinc est, quòd dives quia senectus reparare operando non posse agnoverat, nequaquam jam sibi, sed relictiis fratribus, prodesse satagebat. Ut poenam suam impii magis sentiant, spem de veniæ amittunt. Pinna Eth. 235.

Lignum habet spem, si præcisum fuerit; rursum vivificat, & rami ejus pullulant. Job 14. 7. Nota: si præcisum, sed si radicibus extirpetur; quæ spes revivescendi? Octavianus c. 11. Idem c. 19. 10. destruxit me undique; & peres: & quasi vulva arbori absulsi spem meam.

Deus destruet te in finem. Pl. 51. 7. S. Hieron. in æternum; & vellet te, & radicem tuam, de terra viventium.

R. P. Spanner Poly. Tom. I.

Mortuo homine impio nulla erit ultra spes. Prov. 11. 7. Audiam ma mea! quantum bonum sit spes; Et quantum Domino pro illa debeas. Percurri status, & conditiones, omnium hominum, qui miseri nominantur. Et quamquam videbantur tunc omnis boni exortes; nullum tamen inveni, qui spe careret. Descendit cogitatione ad inferos, & diligenter inquisivi, an & ibi spes esset; sed nihil ibi scitur de illa. Desertum est ibi Arabico aridius, in quo nec filamentum crevit herbe istius. Nox est pejor Ægyptiaca, in qua nec minima stellæ scintilla respundet. Ut, qui damnantur, ad tritremes, mox omni cultu civili spoliantur; & operiuntur vilissimo gaulapæ; sic isti miseri subito exuntur omni spe, & induuntur desperatione. Joan. Rho affect. spei 8.

Super Leviathan serpentem vellem. II. 27. 1. Dicitur vestis, & robur; & quia multos sua potestate, & carcere gehennæ, claudet. Unde Symmachus vertit: serpentem conclusentem. Corn. hic.

Idcirco ego plorans, quia longè salus est à me consolator. Thren. 1. 16. Non abductum de terra Propheta esse dolebat; sed à Christo populum relinquendum; consolationemque vitæ futuræ cernebat amissam. Et hæc est, inquit, dolenda captivitas, qua æterna libertate privatur. S. Paschasius hic.

Descendens oculis nostris ad auxilium nostrum unum. Thren. 4. 17. Dedit me Dominus in manu, de qua non potero surgere. Thren. 4. 17. Propterea, quòd extrema ulore omnium impiis, & peccatoribus, in fine calamitatis sit futura; nec aliquando cruciatibus sit cessandum: ed quòd exterioribus tenebris impiorum vermis non morietur, & ignis non extinguetur. S. Paschasius hic.

Non parces oculis meis super te, nec miserebor. Ezech. 7. 9.

Succidite arborem, & præcidite ramum ejus. Verum tamen germen radicem ejus in terra sinit. Dan. 4. 11. 11. Florem, & folia, decuit; radicem servat. Deliciae hic auferuntur, poenæ infliguntur; spes tamen non amittitur. In radix servatur, spes manet, apud inferos radicem evulsa. Non derelinquit eis radicem, & germen, ait Malachias c. 4. 1. Spes impiorum peribit. Prov. 10. 28. Drexelius Confid. 9. de ætern. 1. concl.

Non derelinquet eis radicem, & germen. Malach. 4. 1. Significat plenam excisionem, & perditionem; qu. d. dies illa iudicii ita igne suo affabit impios; eradicat, & delicias, honores; ut non tantum hæc omnia, sed omnis boni spem in æternum eis adimat. Ità S. Cyrill. & Albertus M. Lyran. per radicem intelligit spem redeundi ad statum gratiæ, & meritum. Corn. hic.

Ex Novo, & Patribus.

Nunquam ex te fructus nascatur in sempiternum. Matth. 21. 19. Et arefacta est cuncta in fructum. Tales omnes sunt damnati, sicut maledicti, steriles, eradicatæ, in flammis abjectæ. Nullus ex illis nascetur fructus; nulla, ibi patientia &c. Drexelius de Inferno c. 13. §. 3.

Pater Abraham! miserere mei. Luc. 16. 24. Frustrà arguit poenitentiam in loco, ubi non est poenitentia locus. Tormenta te cogunt agere poenitentiam, non mentis affectum. S. Chrysol. hom. de divite. Quare misericordiam Dei non in inferno sed dum vivis, in Mundo. Ibi enim aquam negat; hic sanguinem dat, ibi nec misericordiam guttam; hic fluvios sanguinis ministrat. S. Bon. f. 1. de Pals.

Omni tormento atrocius desperatio condemnatos affliget. Non miserebitur ultra Deus, neque tunc audiet poenitentiam. Cypr. de asc. Non parces oculis meis super te; & non miserebor. Ezech. 7. 9.

Hi sunt, quibus misericordia jam fecit occasum; qui revocabiliter in lacum miserationum descenderunt. S. Laur. Just. lib. de vita sol. c. 10.

Quinta.

Æternitas.

Mors depulset eos. Pl. 48. 15. Nam sicut oves læne lux amissionem jugiter perseverant: sic in illis semper, sine immutatione substantiæ, invenit, quod poena distrucit. Castidiosus hic. Depulset ad instar ovium, quæ herbarum radices non evellunt; ut semper ad passum herbæ renascantur. Obliviscatur ejus misericordia. Job 24. 20.

Ero mors tua à morte, morsus tuus ero Inferno. Of. 13. 14. Quod occidimus, agimus ut penitus non sit. Ex eo enim, quod mordemus, partem abstrahimus, partemque relinquimus. Quia verò in Electis suis funditus Dominus mortem occidit, mors mortis exitit. Quia verò ex Inferno partem abstulit, partem reliquit; non occidit funditus, sed memordit Infernum. S. Greg. mor. l. 12. c. 4.

Sanctis una dies est, æterna lucis fructio; & peccatoribus una nox, æterna custodia, & carcer. S. Ephr. l. de peccat.

Cupient mori, & fugiet mors ab eis. Erit itaque impiis ex tunc, si dici potest, mors semper vivens, vita semper moriens. S. Rupert. de operibus Spir. S. c. 10.

Inferni timor salutaris.

Agitha Domini in me sunt - & errores Domini militent contra me. Job 6. 4. Justorum mens non solum perpendit, quod tolerat; sed etiam pavet, quod restat. Videt, qualia in hac vita patitur: metuit, ne post hanc graviora patiatur. S. Gregor. mor. l. 7. c. 3.

Salvum me fac propter misericordiam tuam, quoniam non est in morte qui memor sit tui. Pl. 6. 5. id est, quia in Inferno non est, qui te laudet. q. d. non tantum timeo Infernum ob tormenta, quantum quod te ibi non sim laudaturus. In Inferno autem quis confitebitur tibi? Dixit Laudes Dei.

Vadam ad portus Inferi. If. 38. 10. Timor Domini vadit ad Infernum in dimidio dierum; ut non vadat in fine dierum. S. Bonavent. dicit. fal. c. 33.

Quid ergo faciemus Luc. 3. 10. Unde haec facta est repente tanta conversio? quis voluntates earum asperas mitigavit? quis vulnera immedicabilia curavit? considera, quomodo illos ab ipsis omnino principiis antonitis reddiderit: de gehenna scilicet inferendo sermonem. S. Chrysof. hic.

Quid gehenna gravius? sed hujus metu nihil utilius: gehenna namque timor regni nobis avertit coronam &c. S. Chrysof. hom. 14. ad pop.

Me miserum! me miserum! quia nondum a gehenna igne sum liber: nondum mihi constat, quoniam hinc sim profecturus. B. Iffias Abb. Or. 14.

Inferni memoria, & oblitio.

Domini mortificat, & vivificat; & deducit ad inferos, & reducit. 1. Reg. 2. 6. Ut mortificet, deducit ad inferos; & ut vivificet, reducit ab inferis. Omnipotenti enim Deo ad inferos deducere, est; peccatorum corda aeternorum cruciatuum consideratione terrere: et quoque ab inferis reducere, est, terribis poenitentiam, atque commissi lugentium, mentes spe vite indeficientis attollere. S. Greg. lib. 2. hic.

Ascendit fumus in via ejus. Pl. 17. 9. Aeternam poenitentiam memoriam confert apte David cum fumo: fumus enim ab igne nascitur, & lacrymas elicit adstantibus. S. August. hic: ascendit fumus ab ira ejus. Ascendit lacrymosa deprecatio poenitentiam; cum cognovisset, quod minatur Deus impii. Pinna Ethol. 8.

Descendant in Infernum viventes. Psal. 54. 15. In Infernum descendant viventes; qui cogitationes suas pessimas expavefcent, & ad melioris institutionis tramitem divina gratia transferentur. Sic enim quid in Infernum viventes descendunt, quando majorum nostrorum cogitatione tremur. Casiodorus hic.

Sicut sunt cerea & facta ignis. Psal. 67. 3. Sic animus ignis aeterni memoria tactus solvitur; & emollitur, ac quod volens, finges. Pinna Ethol. 8.

Profundum abyssi quis dimensus est? Eccl. 1. 2. Per profundum abyssi intelligitur profunditas suppliciorum. Et hujusmodi nemo metitur. Praemia caeli continentur, gaudia Mundi diliguntur, supplicia Inferni non metuntur. Hugo Cardin. hic.

Et fuit ruina illius magna. Matth. 7. 27. Juxta S. Chrysof. hom. 25. in Matth. est ruina impiorum in infernum. Sic Christus D. absolvi concionem, metum incutiendo memoria aeternam poenitentiam sic multos, magnosque, animorum motus fecit. admirandum turba. v. 28. S. Chrysof. propterea tali sinefermo ejus completus est; ut magis in mentibus ejus tam utilis sententia figeretur. Pinna Eth. 100.

Rogo ergo te Pater &c. Luc. 16. 27. S. Chrysof. in ep. 2. Thesalon. si dives ille ignem hunc cogitasset, utique non deliquisset: quia vero nunquam in mentem ejus venit; ille propterea in illum deciderit.

Ne & ipsi veniant, &c. Luc. 16. 28. q. d. ait S. Chrysof. in Pl. 11. Sermo de gehenna nunquam factus est in domo patris mei; ideo ergo has poenas incurri: quia nunquam illasmet cogitavi, nec disserentem de iis audivi. Rogo ergo, mitte Lazarum, qui multa de Inferno fratribus innotet: sic enim impietate posita ad meliorem frugem se recipient.

Rogo, ut gehennae memineras, de gehenna loquaris: magna est enim horum verborum utilitas. Et ideo diabolus omnia facit, & molitur, ejus volens auferre memoriam. Noli eam esse memoria ejicere; nec dicas: quid me importuna afficiam tristitia? importuna erit, quando angeris in gehenna. S. Chrysof. tom. 1. in Pl. 11.

Non finet in gehennam incidere, gehennae meminisse. Id. f. 31. in ep. S. Pauli.

INGRATITUDO.

Symbola, & Similitudines.

Dimisit cornum, - qui non revertetur. Gen. 8. 6. 7. Cornus Noe debuisse per aliquid symbolum, per olivam; aut quid simile, referre nuntium Noe, qui eum auerat; & cur fecit columba: sed ingratus fuit; dum cadaveribus adhaerens prioris sui nutritoris amplius non meminit. Marchantius D. 6. Pent.

Uvae in dirisum vites. 1. Reg. 6. 12. Quid illis pro labore mercedis? Bethsamitae eas occidunt, incinerant.

Ingrati similes fimo; qui, quantum plus caloris de sole percipiunt, tanto plus fecerunt. Summa Prædic. Gratitude.

Ingrati similes securi; quæ cum manubrio, a nemore accepto, nemus proficit. Et vermicibus, qui lignum & panem, de quo nascuntur, & nutriuntur, destruant. Ib.

Solem quidam pinxit nubibus densis circumdatum. Lem. Quas ipse levavi.

Sol ecclypsatus. Lem. Admitte, quod ingrata resulget. Scilicet Luna. Picinelli.

Ignis. Lem. Alenim devorat. Qui edebat panes mos, & gnificavit super me supplicationem. Pl. 40. 10.

Nebula obumbrans solem. Lem. Elevantem obumbrat. Id.

Ingratitudo erga Deum.

Ex Veteri.

Abcondit se Adam, & uxor ejus, a facie Domini. Genes. 3. 8. Abul. absconderunt se ex verecundia ingratitude: quia contra Deum beneficentem eis peccaverunt.

Maledictus eris super terram, - cum operatus fueris eam non dabit tibi fructus suos. Gen. 4. 11. 12. Cur illi fructus negantur? quia ingratus obtulit Deo viliora de fructibus, sibi meliores reservans. Sylveira in Matth. 13. q. 11.

Comedatis, & non saturabimini. Levit. 26. 26. ait Deus Israelitis; Pauperibus vero: edent pauperes, & saturabuntur. Pl. 21. 27. Nota, quod addit: & Landabunt Dominum. En dicitur. Alvarez Illustr. 99.

Constituimus nobis duces, & revertamur in Aegyptum. Num. 14. 4. Super Deo infensa, divinitus beneficis inimica, Judæa gens: postquam enumerasset beneficia illis collata, mare divinum, columnam nubis & ignis, manna, aquam ex petra, veltes quadraginta annis integras, solem stantem, cedentem Jordanem, cadentem Jericho. Horum quæ gratia? expeditiam nobis duces &c. S. Basilus Seleuc. or. in illa verba Luc. 18. ecce ascendimus Jerosolymam.

In diebus illis agrosavit Ezechias. 4. Reg. 20. 1. Quia non cantavit canticum Domino post stragem hostium; ut mos erat. Sicut Moyses, Anna, David, Debhora &c. Hugo Card. hic. Ita etiam sentit. S. Thom. Aqu. in c. 38. If.

Fructu frumenti, vini, & olei sui, multiplicati sunt. Pl. 4. 8. paulo ante præcessit: multi dicunt, quis ostendat nobis bona? vers. 6. Si abundantiam a Domino acceperunt, quomodo de largitore jam dubitant? Quis eis bona illa ostendit, & præstitit? ignorant. Theodoretus: etiam de manu Dei bona ferentes dicere audent: quis ostendat nobis bona? Alvarez Illustr. 143.

Posuerunt adversum me mala pro bonis. Pl. 108. 5. Hoc est maximum persequentium crimen; quod bonitati malitiam, & dilectioni odia reddiderunt. S. Prosper hic.

Filius cancrios. If. 1. 2. Voluit Deus, ut Propheta sermonem suum inciperet a lamentatione contra ingratos. Populus Deum multipliciter offenderat; & de multis poterat conqueri peccatis; sed præteritis ceteris omnibus, orditur ab ingratitude, ut omnium aliorum radice. Vocat caelum, & terram, in testem vers. 2. ut quærelas suas tam iustas percipiat auribus. Reprehendit eos, tamquam bestias peiores. Cognovit, inquit, bos possessorem suum &c. vers. 3. Stellæ p. 2. cap. 54.

Reduc me in memoriam, narra, si quid habes, ut iustificeris. If. 43. 26. Stephanus Cantuar. ad c. 14. Ex. apud Tilman. q. d. confer opera tua Cruci; & vide, quam inæqualis sit ad me recompenatio tua.

Saturati sunt, & levaverunt cor suum, & oblitii sunt mei. Of. 13. 6. In accepto beneficio lethargum bibunt ingrati: Sicut cui vini copiam ad ebrietatem propinas, ebrius vino fit tui immemor: sic, quem beneficium cumulas, tui immemorem facis. Alvarez Illustr. 143.

Deriderunt ei vinum bibere cum felle mixtum. Matth. 27. 34. Pro vino fel, & myrrham, & acetum, ei porrigunt. Hoc pro fertili ter-

terra, quam tot annos possederant; pro ingentibus vineis, & suavissimis vinis, quæ terra illa protulerat, rependunt tanto Muneratori. Isidorus Clarius or. 41. Vinum myrrhatum cum felle præmittitur, antequam fodiatur: ut singuli sensus singulas habeant passiones. Et lingua, quæ docebat dulcia verba vite, recompenationem habeat in vino myrrhato, alicujus animalis amarissimo felle mixto. Implacabili odio Judæi oderant linguam illam, quam talibus ordinaverant amaricari factoribus: memores enim erant, quoniam damnatos illorum mores argueret. Simon. Cass. l. 13.

Ejecerunt illud extra civitatem. Luc. 4. 29. Scilicet patriam suam Nazareth.

Novos ubi sunt? Luc. 17. 17. Nos verò rogare possumus, mille ubi sunt Dei beneficium cumulat? qui pro beneficiis, non gratias, sed offensas, reddunt. Barradius D. 13. Pent.

Hodie motum eris in paradiso. Luc. 23. 43. S. Ambr. in Plal. 39. ad istorum omnium perpetuam condemnationem latro crucifixus absolvitur: quia ille Christum in supplicis agnovit, quem isti in beneficiis non cognoverunt: quia in Cruce sua regnum Domini mente apexit, quod in convivio Christi Judæi videre non potuit.

Cur Joan. 2. Evangelista nomen sponsi, & sponsæ non exprimit? Notatur ingratitude; cum a Christo D. præter spem, tantum imperatorem miraculum; ingratiorem actionem nec verbum persolverunt: & ingratitude, beneficiorumque oblitio, nomen maxime obscurat, & expungit. Sylveira hic q. 4.

Quis ergo accepisset ille buccellam, continuo exivit. Joan. 13. 30. Una gratitudine amissa perdidit omnia incurus homo. S. Chrysof. hom. de Bapt. Cor. quando ultima Cæna communicavit Judas nocte illa postrema, ceteris omnibus recumbentibus, ipse fere prospiciens exivit. Illum imitantur & isti, qui antequam gratiarum actionem discendant. Nisi enim exisset ille, proditor factus non esset.

Ex Patribus, & aliis.

Non illi saltem civitati, quæ cum recipere noluerat, iratus est: cum etiam Discipuli tam contumelioso oppido cælestes ignes repræsentari voluissent: ingratos curavit, infidiatoribus cessit. Tertullianus l. de Pat. c. 3. Quasi hoc sit maximum rationis tormentum; beneficiorum oblitio, acingratis, contulisse beneficium. Naxera in Jos. 17. §. 15.

Tunc maxime Deus ex memoria hominum elabitur, cum beneficium ejus fruuntur. Lactantius l. 2. Inst. div. c. 1.

Ingratitudo est radix totius mali spiritualis; & ventus quidam defecans, & urens omni bonum; & obstruens fontem Domine misericordie tuæ super hominem. S. August. Man. Non verecundæ, sed ingratae mentis indicium est; beneficia tacere divina. S. Leo. l. in anniversario &c.

Judæos nihil magis perditionis dedit, quam quod ingrati Deo esse voluerunt. S. Chrysof. hom. 26. in Matth. c. 8.

Peremptoria res est ingratitude, hostis gratiæ, inimica salutis. S. Bernardus f. 2. D. 6. Pent.

Nihil ita displicet Deo, præsertim in filiis gratiæ, quemadmodum ingratitude: vias enim obstruit gratiæ. Id. ib.

Ingratitudo inimica est animæ, exinanio meritorum, virtutum dispersio, beneficiorum perditio. Ingratitudo ventus urens, sicca sibi fontem pietatis, rorem misericordie, fluentia gratiæ. Id. f. 51. in Cant.

Gratiarum cessat decursus, ubi recursum non fuerit: nec modo nihil augetur ingratis; sed & quod acceperat, vertitur ei in perniciem. Idem f. 1. in Capite jejunii.

Homo vide, quæ pro te patior; vide clavos, quibus confodior; vide poenas, quibus afficior. Et cum sit tantus dolor exterior, interior tamen plumbus est gravior, dum ingratum sic te exterior. S. Bonaventura f. 60. de Passione Domini.

Non est dignus beneficium consequi, qui de beneficiis acceptis gratias non agit. S. Thomas Aquin. in epist. ad Romanos. Lect. 5.

Ingratitudo recepta perdit, promissa non recipit, dustum gratiæ insuendæ intercidit. Simon Cass. l. 1. c. 27.

Ingratitudo erga homines.

Tantum memento mei. Gen. 40. 14. Comes accepti beneficii, oblitio. Vis in oblivionem venire, benefac. Alvarez Illustr. 134.

Obiit Jacob. Gen. 50. 3. Aegyptii autem celebrantes exequias planctu magno, atque vehementi, impleverunt septuaginta dies. Obiit & Moyses Gen. 50. 25. mortuus est, & conditus aromatibus, respiciens est in loculo. Cur Joseph non aequo, imò magis plangitur populi in fame pater? Respondet Oleaster: Jacobi exequias, viventes Joseph prorege celebratas, cum planctu ab Aegyptiis ex adulatione; Josephi minime: ut dicamus quam facile oblivioni tradatur, quicquid pro communi bono feceris. Elscobart. 3. Coll. Christi Observ. 5.

Surrexerat interea rex novus super Aegyptum, qui ignorabat Jo. R. P. Spanner Poly. Tom. 1.

seph. Ex. 1. 8. Lipoman. in hoc rege, qui non noverat Joseph, idest, beneficia, quæ contulerat Joseph in Aegyptio, obsequendi veniunt mores hujus Sæculi, in quo maxima invenitur hominum ingratitude.

Quandocumque Spiritus Domini malus - David collebat cytharam &c. i. Reg. 16. 23. Saul pro salutifero plectro haffam mortiferam intorquet in Davidem. S. Zenof. de livore.

Erit igitur mihi servus sempiternus. 1. Reg. 27. 12. Dixit rex Gethaus Davidi, ob Illustris de Amalecitis, de Gessuri, de Gerfi, relatas victorias. O ingratum regem! ob tot labores, pericula preta, hostes debellatos, servitus promittitur, eaque sempiterna? spolia, tituli, honores, cum eo dividendi erant; amicitia foedera inunda. Sic oleum, & operam, perdit, qui Mundo servit. Stengelius Div. Jud. t. 3. c. 15.

Elabam quondam super eos, qui afflicti erant &c. Job 30. 25. Et c. 31. 17. Si comedi buccellam meam solus. At quid ex hac largitione reulit? c. 30. 26. expellabam bona, & venerunt mihi mala &c.

Conclude eleemosynam in corde pauperis; & hac pro te exorabit. Eccl. 29. 15. Non dicit; pauper pro te exorabit, sed hæc, eleemosyna exorabit pro te: quia, qui receperit, multo ore silebit; & tui oblivifcetur. Alvarez Illustr. 143.

INIMICORUM DILECTIO.

Symbola, & Similitudines.

Ac tibi arcam - trecentorum cubitorum erit longitudo &c. Gen. 6. 14. 15. Hugo à S. Viç. l. Allegor. in Gen. 18. per Arcam Noe intelligit Electorum cor. Arca, inquit, longitudo, fides est; quæ credit omnia, quæ fecit Deus ab initio Sæculi; vel facturus est usque ad finem ejus, per se, vel per Angelos, vel per homines. Altitudo spes est; quæ erigitur ad speranda bona, quæ in coelis sunt præparata diligentiorem Deum. Latitudo charitas est; quæ extenditur ad septentrionalem plagam per dilectionem inimicorum; & ad plagam australem, per dilectionem amicorum.

Deducit me super feminas iustitiam. Psal. 22. 3. Semitæ ideò dicuntur, eò quod planæ vix non sint, sed semivix, idest, angustæ. Audite, itæ feminæ angustæ quæ sint: orare pro inimicis, nulli malum pro malo reddere, ebare inimicum, potare, & veltire; invicem pati, & non facere. S. Chrysof. in Pl. 22.

Sicut liliam inter spinas. Cant. 2. 2. Lilium pungentes se spinas candore suo proprio illustrare, & veniuntur non cessat. Annon proinde liliam tibi videtur implere quodammodo Evangelii perfectionem, quo orare jubemur pro calumniantibus, & persequentibus nos, & benefacere his, qui oderunt nos? S. Bernardus l. 48. in Cant.

Ordinavit in me charitatem. Cant. 2. 4. Alii: posuit in me vexillum amoris. Titus Livius l. 34. ubi agit de bello Romanorum cum Gallis; affinitat, morem fuisse Romanorum, quandoque in medias hostium acies vexilla propria projiceret; ut milites majori furore accens, pro recuperando vexillo accerime dimicarent, similiter Christus charitatis vexillum inter inimicorum copias coniecit voluit. Ego. am. dico vobis; diligite inimicos vestros. Matth. 5. 44.

Non enim erat tempus siccitatis. Marc. 11. 13. Cur maledicta arbor, quod fructum non habeat; cum tempus fructuum non est? Origenes: imò hac causa arefactam. Christiani fructus, sive fructus spiritus. Gal. 5. 22. Est charitas, & gaudium, & pax &c. Vide Origenem tom. 2. p. 103.

Silex, ex quo ignis excutitur. Lem. Non sine illu. Silex dilectionis inimicorum est Symbolum. Corn. in Matth. 27. Sol nubibus sibi obstantibus lumen communicat, eaque clarior redditur. Lem. Deus non invidet hosti. Charitas non amulat. 1. Cor. 13. 4. Hestus.

Inimicos diligendi Motiva varia.

Primum Motivum.

Deus inimicos diligit, eisque benefacit.

Quid retribuam Domino pro omnibus, quæ retribuit mihi? Pl. 115. 12. Non ait, pro omnibus, quæ tribuit mihi; sed pro omnibus, quæ retribuit mihi. Quæ igitur præcesserunt hominis, ut omnium donorum Dei tributio, non tribuit, sed retributio vocari possit? Quæ præcesserunt hominis, nisi peccata? retribuit ergo Deus bona pro malis, cui homines adhuc retribuant mala pro bonis. Sanct. Augustin. hic.

Qui solem suum &c. Matth. 5. 45. Attendant, qui tergiversantur, negantes inimicis dilectionem, & odientibus beneficium, & persecutoribus orationis officium, impartiri; diviniam